



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

9. Augusti. Ità agenda sunt omnia, ut quæsitæ laus ab actuione procul absit; ejusmodi tamen sint, quæ justo reprehendi non possint. S. Ignat. ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)



9. Augusti.

*Ità agenda sunt omnia, ut quesita laus ab  
actione procul absit; ejusmodi tamen sint,  
quæ justò reprehendi non possint. S. Ignat.  
ibid,*

**L** Audem quærere vanitatis, obtinere fe-  
licitatis, sed mereri virtutis est, illa  
cùm in manu sit aliena, fatuus labor sit au-  
cupari, hoc qui quærit, semper invenit.  
Huc conatus!

Ut aurea sint opera tua, non inaurata,  
curæ tibi sit; id est: sint, & non appareant  
tantùm bona; pretium mereantur, non  
emant; quod nec ab oculo, nec judicio  
alieno poteris obtinere. Omnia tua tecum  
portas.

Nihil adamanti decedit pretii, licet ab  
ignaro minùs aestimetur; tantùm valet,  
quantùm in se ponderat, domesticâ satis  
virtute dives. Illum laude dignum censeo,  
qui in se uno ponit omnia.

Censuram oculorum vitare non possu-  
mus, arrogant hi super omnes judicium.  
Ità proinde agendum in publico, ut nihil  
oculos subeat, nisi comptum, & numeris  
omnibus absolutum. Graviùs peccat, qui  
coram aliis.

L 5

10. Au-